



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Neophytus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

§96 N A V F R A G I V M,
mē indigenti, potest accipere ab alia terrena
persona, tenetur tamen restituere regulan-
ter loquendo. num. 118.

Extremē indigentibus excommunicatis
imō & infidelibus, oportet vendere necel-
faria ad sustentationem. cap. 21. num. 21
Et tenetur homo eisdem indigentibus ex-
tremē, subuenire, imō & non indigentibus
extremē sed tantū valde. cap. 27. num. 11
Quæ sit extrema necessitas, vide tit. Ele-
mosyna. lit. I.

N E C R O M A N T I A M addiscens, id
ea vtens, peccat mort. & nolens combures
libros huius facultatis, nō est absoluendus
cap. 12. nu. 28.

N E G O T I V M restituere tenetur ne-
gotiorum gestor, qui damnificauit alterum
in vtilitate sui principalis, vide Reflu-
tio. I I.

Negotiorum gestor, qui rebus, vel loco,
vel tempore, vel persona, vel pacto exclusis
negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit,
qui contra pactum fecit. cap. 17. num. 259.

Vtrum qui promisit negotium se gratis
acturum, possit clām recipere pretium pro
stipendio, colligitur pars negatiua ex cap.
23. nu. 97.

N E O P H Y T V S, id est, recenter conuer-
sus, non debet ordinari. Neophytus non est
idem

idem qui vulgo dicitur nouus Christianus.
cap.27.nu.205.

NOTARIVS vide Tabellio.

NOTORIVM dicitur quod est manifestum per sententiam, vel confessionem in iure, vel per evidentiam facti, quae nulla tergiuersatione celari potest, & non aliud, quamvis duobus, tribus, vel pluribus testibus probari possit. cap.21.nu.55. & cap.25.num.73. illud autem dicitur notorium in vicinia, vel collegio, quod scit evidenter maior pars viciniae, vel collegij, dummodò saltem decem inueniantur in eo. itaque non sufficit quod id sciāt pauciores quam sex homines: nec iij sufficiunt, quando non sunt major pars viciniae, vel collegij. cap.25.num.73. & cap.27.num.250.dicit.10.

NVMERVS

PECCATORVM, necessariò est interrogandus, & necessariò confitendus. cap.5. nu.2. Nec sufficit confiteri sāpe peccasse. cap.6.num.13.14.

Si verò numerum non confiteatur propter obliuionem prouenientem ex culpa lata, confessio est nulla. cap.6.nu.14.

Pp 3 Sufficit